

## Band V., Nr. 1432, Seite 196

*Ritter Albert von Erligheim schenkt mit Einwilligung seiner Kinder und Schwiegersöhne sechs Speyrer Unzen jährlichen Zinses aus drei Häusern bei der Dreifaltigkeitskirche in Speyer zu seinem und seiner Angehörigen Gedächtniss als einfaches Almosen an das Kloster Maulbronn.*

Hausen, 1257. März 1.

Pateat universis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presentes litteras inspecturis, quod ego Albertus miles de Erlekeim una cum consensu filii mei Alberti, filiarum . . . mearum et maritorum eorundem, militis cognominati Spore et Dietheri de Winnenheim<sup>1</sup>, ac aliorum heredum meorum, attendens devotionem et servitium deo dignum et sue matri virgini gloriose Marie, quod fratres monasterii de Mvlenbrvne, Cisterciensis ordinis, Spirensis diocesis, vigilanter die noctuque persolvere non omittunt, non solum pro ipsorum salute, sed eciam pro ecclesie comodo generali sex uncias Spirensium, que michi hactenus de tribus domibus apud Spiram iuxta ecclesiam sancte Trinitatis et ad me proprietatis tytulo spectantibus solvebantur, cum omni iure, quo ad me hactenus pertinebant, eisdem domino . . . abbati et fratribus de Mvlenbrunne tradidi liberaliter et devote in simplicem elemosinam atque puram, ut proinde memoria mei, patris et matris mee, uxoris mee, filii mei, filiarum mearum et ipsorum maritorum ac aliorum parentum meorum devotis orationibus et commendationibus habeatur. Et ne forte in questionis dubium deveniret de nominibus personarum, que dictum censum persolvere consueverunt, ipsorum nomina duxi presentibus inserenda: videlicet de domo Damheimer II uncias Spirensium, item de domo advocati de Vssingen<sup>2</sup> duas uncias Spirensium et de domo sororis Itthe duas uncias Spirensium, et hii census in die sancti Martini annis singulis persolvuntur. In cuius rei testimonium et cautelam sigillum domini mei E. de Eberstein cum meo sigillo<sup>a</sup> presentibus est appensum. Testes huius rei sunt liberi: Cunradus de Lomersheim, Cvnradus de Sternwels, Waltherus de Stockesberg, ministeriales: Wernherus, pincerna de Welrsowe, Rapheno de Mencingen, Waltherus de Raphensberg, Otto advocatus de Bretheim, Gerlacus advocatus de Vtenheim, Emerhardus scultetus de Hvsen<sup>3</sup>, Phylippus uondam advocatus in Vtenheim, magister . .

<sup>a</sup>Hier ist *meo* durch Versehen wiederholt.

<sup>1</sup> *Winnenheim*, nicht ermittelt.

<sup>2</sup> Schwerlich Usingen, Usingen, HT; vielleicht aber auch Eisingen, Eisingen, PF.

<sup>3</sup> Vielleicht Rheinhausen oder Oberhausen, Oberhausen-Rheinhausen, KA, oder aber Berghausen, Römernberg (Pfalz), LU.

## II

Herricus<sup>b</sup>.  
Acta sunt apud Hūsen, anno domini millesimo CC<sup>mo</sup>.  
L<sup>mo</sup>. VII<sup>mo</sup>., kalendis Marcii.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.  
Von den ehemals an weißen und braunen Litzen angehängten Siegeln ist nur das zweite, wie es scheint, dreieckige, Alberts von Erligheim, aus grünem Wachs, sehr beschädigt, vorhanden, ca. 48, ca. 42 mm (IV. A. 1): Ein aufrechter Löwe; von der Umschrift noch erhalten: *Sigillum* . . . RTI . . . . . ERLI . . IM.

---

<sup>b</sup>Es steht: *Her̄ric̄*.

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**

HStA Stuttgart

**Signatur/Titel des Originals:**

A 502 U 31

## Weitere Angaben

**Sprache:**

Lateinisch

**Ausstellungsort:**

Hausen

**Aussteller:**

Albert; von Erligheim, Ritter

**Ortsindex:**

Berghausen, Römerberg (Pfalz), LU<br> Bretten Wohnplatz (5295)<br> Bretten, KA<br> Eisingen Wohnplatz (7011)<br> Eisingen, PF<br> Erligheim Wohnplatz (955)<br> Erligheim, LB<br> Lomersheim Wohnplatz (7065)<br> Lomersheim, Mühlacker, PF<br> Maulbronn Wohnplatz (7043)<br> Maulbronn, PF<br> Menzingen Wohnplatz (5515)<br> Menzingen, Kraichtal, KA<br> Oberhausen Wohnplatz (5563)<br> Oberhausen, Oberhausen-Rheinhausen, KA<br> Philippsburg Wohnplatz (5452)<br> Philippsburg, KA<br> Ravensburg Wohnplatz (5464)<br> Ravensburg, Sulzfeld, KA<br> Rheinhausen Wohnplatz (5564)<br> Rheinhausen, Oberhausen-Rheinhausen, KA<br> Ruine Ebersteinburg (Alteberstein) Wohnplatz (5202)<br> Ruine Ebersteinburg (Alteberstein), Baden-Baden, BAD<br> Speyer, SP<br> Sternenfels Wohnplatz (7106)<br> Sternenfels, PF<br> Stocksberg Wohnplatz (1892)<br> Stocksberg, Brackenheim, HN<br> Usingen, HT<br> Wersauerhof Wohnplatz (6489)<br> Wersauerhof, Reilingen, HD<br> Winnenheim